



Cambridge International Examinations
Cambridge International Level 3 Pre-U Certificate

LATIN

9788/02

Paper 2 Prose Literature

May/June 2014

2 hours

Additional Materials: Answer Booklet/Paper



READ THESE INSTRUCTIONS FIRST

If you have been given an Answer Booklet, follow the instructions on the front cover of the Booklet.
Write your Centre number, candidate number and name on all the work you hand in.
Write in dark blue or black pen.
Do not use staples, paper clips, glue or correction fluid.
DO NOT WRITE IN ANY BARCODES.

This paper is in **two** sections.

Section A

Answer **all** questions on **both** passages from your chosen prescribed text.

Section B

Choose **one** of the two essays set on your chosen prescribed text.

At the end of the examination, fasten all your work securely together.
The number of marks is given in brackets [] at the end of each question or part question.

This document consists of **6** printed pages and **2** blank pages.

Section A

Answer **all** questions on both passages from your chosen prescribed text.

In your answers in this section, you should comment closely on the language used where appropriate.

Petronius, *Satyricon*, 26-64

1 Read the following passage and answer the questions:

nos interim vestiti errare coepimus, immo iocari magis et circulis ludentium accedere, cum subito videmus senem calvum, tunica vestitum russea, inter pueros capillatos ludentem pila. nec tam pueri nos, quamquam erat operae pretium, ad spectaculum duxerant, quam ipse pater familiae, qui soleatus pila prasina exercebatur. nec amplius eam repetebat quae terram contigerat, sed follem plenum habebat servus, sufficebatque ludentibus. notavimus etiam res novas: nam duo spadones in diversa parte circuli stabant, quorum alter matellam tenebat argenteam, alter numerabat pilas, non quidem eas quae inter manus lusu expellente vibrabant, sed eas quae in terram decidebant. cum has ergo miraremur lautitias, accurrit Menelaus et 'hic est' inquit 'apud quem cubitum ponitis, et quidem iam principium cenae videtis.' etiamnum loquebatur Menelaus, cum Trimalchio digitos concrepuit, ad quod signum matellam spado ludenti subiecit. exonerata ille vesica aquam poposcit ad manus, digitosque paululum adpersos in capite pueri tersit. 5

longum erat singula excipere. itaque intravimus balneum, et sudore calfacti momento temporis ad frigidam eximus. iam Trimalchio unguento perfusus tergebatur, non linteis, sed palliis ex lana mollissima factis. tres interim iatraliptae in conspectu eius Falernum potabant, et cum plurimum rixantes effunderent, Trimalchio hoc suum propin esse dicebat. 10 15

(Petronius, *Satyricon*, 27-28)

- (i) *nos interim ... senem calvum* (lines 1-2): what have the companions just learnt about the bald old man? [4]
- (ii) *nos interim ... tersit* (lines 1-14): what makes this effective as an introductory scene? [11]
- (iii) Translate lines 15-19 (*longum erat ... dicebat*). [5]

[Total: 20]

Petronius, *Satyricon*, 26-64

2 Read the following passage and answer the questions:

Trimalchio autem miti ad nos vultu respexit et 'vinum' inquit 'si non placet, mutabo; vos illud oportet bonum faciatis. deorum beneficio non emo, sed nunc quicquid ad salivam facit, in suburbano nascitur eo, quod ego adhuc non novi. dicitur confine esse Tarraciniensibus et Tarentinis. nunc coniungere agellis Siciliam volo, ut cum Africam libuerit ire, per meos fines navigem. sed narra tu mihi, Agamemnon, quam controversiam hodie declamasti? ego etiam si causas non ago, in domusionem tamen litteras didici. et ne me putes studia fastiditum, duas bybliothechas habeo, unam Graecam, alteram Latinam. dic ergo, si me amas, peristasim declamationis tuae.' cum dixisset Agamemnon: 'pauper et dives inimici erant.', ait Trimalchio: 'quid est pauper?' 5

'urbane' inquit Agamemnon, et nescio quam controversiam exposuit. statim Trimalchio 'hoc,' inquit 'si factum est, controversia non est; si factum non est, nihil est.' haec aliaque cum effusissimis prosequeremur laudationibus, 'rogo' inquit, 'Agamemnon mihi carissime, numquid duodecim aerumnas Herculis tenes, aut de Ulixae fabulam, quemadmodum illi Cyclops pollicem poricino extorsit? solebam haec ego puer apud Homerum legere. nam Sibyllam quidem Cumis ego ipse oculis meis vidi in ampulla pendere, et cum illi pueri dicerent: Σίβυλλα, τί θέλεις; respondebat illa: ἀποθανεῖν θέλω.' 10

nondum efflaverat omnia, cum repositorium cum sue ingenti mensam occupavit. mirari nos celeritatem coepimus, et iurare ne gallum quidem gallinaceum tam cito percoqui potuisse, tanto quidem magis, quod longe maior nobis porcus videbatur esse, quam paulo ante apparuerat. 15

20

(Petronius, *Satyricon*, 48-49)

- (i) *Trimalchio autem ... Tarentinis* (lines 1-4): explain Trimalchio's boast here. [4]
- (ii) '*sed narra ... ἀποθανεῖν θέλω.*' (lines 5-18): how is Trimalchio presented here? [11]
- (iii) Translate lines 19-22 (*nondum ... apparuerat*). [5]

[Total: 20]

Tacitus, *Annals* XV. 38-74

3 Read the following passage and answer the questions:

sequitur clades, forte an dolo principis incertum (nam utrumque auctores prodidere), sed omnibus, quae huic urbi per violentiam ignium acciderunt, gravior atque atrocior. initium in ea parte circi ortum, quae Palatino Caelioque montibus contigua est, ubi per tabernas, quibus id mercimonium inerat, quo flamma alitur, simul coeptus ignis et statim validus ac vento citus longitudinem circi corripuit. 5

neque enim domus munimentis saeptae vel templa muris cincta aut quid aliud morae interiacebat. impetu pervagatum incendium plana primum, deinde in edita adsurgens et rursus inferiora populando, antiit remedia velocitate mali et obnoxia urbe artis itineribus hucque et illuc flexis atque enormibus vicis, qualis vetus Roma fuit. ad hoc lamenta paventium feminarum, fessa aetate aut rudis pueritiae, 10

quique sibi quique aliis consulebant, dum trahunt invalidos aut opperiuntur, pars mora, pars festinans, cuncta impediabant. et saepe, dum in tergum respectant, lateribus aut fronte circumveniebantur, vel si in proxima evaserant, illis quoque igni correptis, etiam quae longinqua crediderant in eodem casu reperiebant. 15

postremo, quid vitarent quid peterent ambigui, complere vias, sterni per agros; quidam amissis omnibus fortunis, diurni quoque victus, alii caritate suorum, quos eripere nequiverant, quamvis patente effugio interiire. nec quisquam defendere audebat, crebris multorum minis restinguere prohibentium, et quia alii palam faces iaciebant atque esse sibi auctorem vociferabantur, sive ut raptus licentius exercerent seu iussu. 20

eo in tempore Nero Antii agens non ante in urbem regressus est quam domui eius, qua Palatium et Maecenatis hortos continuaverat, ignis propinquaret.

(Tacitus, *Annals* XV. 38-39)

- (i) *forte an dolo principis incertum* (line 1): Tacitus presents two possible causes of the fire. Which of these seems more plausible in the light of what he says in lines 3-7 (*initium...interiacebat*)? [5]
- (ii) *impetu ... interiire* (lines 7-17): show how Tacitus presents this episode vividly and dramatically. [10]
- (iii) Translate lines 17-22 (*nec quisquam ... ignis propinquaret*). [5]

[Total: 20]

Tacitus, *Annals* XV. 38-74

4 Read the following passage and answer the questions:

ergo Epicharis plura; et omnia scelera principis orditur, neque senatui quidquam manere. sed provisum quonam modo poenas eversae rei publicae daret: accingeretur modo navare operam et militum acerrimos ducere in partis, ac digna pretia expectaret. nomina tamen coniuratorum reticuit. unde Proculi indicium inritum fuit, quamvis ea, quae audierat, ad Neronem detulisset. accita quippe Epicharis et cum indice composita nullis testibus innisum facile confutavit. sed ipsa in custodia retenta est, suspectante Nerone haud falsa esse etiam quae vera non probabantur. coniuratis tamen metu prodicionis permotis placitum maturare caedem apud Baias in villa Pisonis, cuius amoenitate captus Caesar crebro ventitabat balneasque et epulas inibat omissis excubiis et fortunae suae mole. sed abnuit Piso, invidiam praetendens, si sacra mensae diique hospitales caede qualiscumque principis cruentarentur: melius apud urbem in illa invisita et spoliis civium exstructa domo vel in publico patratos quod pro re publica suscepissent. haec in commune, ceterum timore occulto ne L. Silanus eximia nobilitate disciplinaque C. Cassii, apud quem educatus erat, ad omnem claritudinem sublatus imperium invaderet, prompte daturis qui a coniuratione integri essent quique miserarentur Neronem tamquam per scelus interfectum. plerique Vestini quoque consulis acre ingenium vitavisse Pisonem crediderunt, ne ad libertatem oreretur, vel delecto imperatore alio sui muneris rem publicam faceret.

(Tacitus, *Annals* XV. 51-52)

- (i) *ergo Epicharis plura* (line 1): what role has Epicharis played in the conspiracy up to this point? [4]
- (ii) Translate lines 1-4 (*ergo ... reticuit*). [5]
- (iii) *coniuratis tamen ... rem publicam faceret* (lines 8-19): discuss the presentation of the conspirators in these lines. [11]

[Total: 20]

Section B**Essay**

Answer **one** of the two questions below on your chosen prescribed text. You should refer in your answer both to the text itself and, where relevant, to the wider historical, social, political and cultural context.

Petronius, *Satyricon***Either**

5 Is the *Cena Trimalchionis* a satirical attack or simply entertaining? [20]

Or

6 Discuss the use of variety in Petronius. [20]

Tacitus, *Annals XIV-XV*

Annals XIV. 1-22, 47-65; XV. 32-74

Either

7 'Tacitus is flawed as a historian because he cannot remain impartial.' Discuss with reference to the episodes you have read in both *Annals XIV* and *Annals XV*. [20]

Or

8 'Tacitus is an excellent historical novelist.' Discuss with reference to the episodes you have read in both *Annals XIV* and *Annals XV*. [20]

BLANK PAGE

Permission to reproduce items where third-party owned material protected by copyright is included has been sought and cleared where possible. Every reasonable effort has been made by the publisher (UCLES) to trace copyright holders, but if any items requiring clearance have unwittingly been included, the publisher will be pleased to make amends at the earliest possible opportunity.

Cambridge International Examinations is part of the Cambridge Assessment Group. Cambridge Assessment is the brand name of University of Cambridge Local Examinations Syndicate (UCLES), which is itself a department of the University of Cambridge.